Vergilius Maro, Publius; Servius [Comm.]; Donatus, Aelius [Comm.]; Landinus, Christophorus [Comm.]; Domitius <de Calderiis> [Comm.]: Opera: Bucolica et Georgica

Nürnberg: Anton Koberger, 1492 Seite 117



vult a liberamēto quod mares in coeundo ꝑ eius beneficiū emiſſis ſeminibus liberent̃. Hoc idē in foemi
nis agere Liberā quā Venerē putāt. Et ob hoc Libero mēbri virilis Liberæ muliebris formā in templis
ponebāt. Ob eandē rem mulieres aiūt attributas Libero: & vinū ꝓpter libidinē cōcitandā. Sicq̃ baccha
nalia cōcitant̃. Colebāt ergo auctore eodē Auguſtino in eius ſacris virilia. Et ꝑ dies feſtos hoc membrū
poſtellis poſitū primū rure in cōptis & vſq̃ in vrbē poſtea vectabāt. In oppido vero Lauino vni Libero
totus mēſis tribuebat̃. cuius diebus flagitioſis verbis vtebat̃ donec illud mēbrū ꝑ forū tranſuectū ſuo ĩ
loco quieſceret: cui honeſtiſſima materfamilias coronā imponebat. Hæc habui quæ de huiuſcemodi ſa
Oſcilla. cris referrē. Oſcilla etiā ab ore diminutiuū eſſe videt̃. Nā Columella oſcilla lupinoꝝ dixit.

Hinc omnis largo pubeſcit vinea foetu.
Complent̃ valleſq̃ cauæ ſaltuſq̃ profundi.
Et quocūq̃ deus circū caput egit honeſtum.
Ergo rite ſuum baccho dicemus honorem
Carminibus patriis: lanceſq̃ & liba feremus.
Et ductus cornu ſtabit ſacer hyrcus ad aram:
Pĩguiaq̃ ĩ verubus torrebimus exta colurnis
Eſt etiā ille labor curandis vitibus alter
Cui nunq̃ exhauſti ſatis ē. nāq̃ oῑe quot ānis:
Terq̃ quaterq̃ ſolū ſcindendū: glebaq̃ verſis
Aeternū frangenda bidentibus oῑe leuandū.
Frōde nemus: redit agricolis labor actus ĩ orbē
Atq̃ in ſe ſua ꝑ veſtigia voluit̃ annus.
Ac iam olim ſeras poſuit cū vinea frondes:
Frigidus & ſiluis aquilo decuſſit honorem:
Iam tum acer curas venientē extēdit in annū
Ruſticus & curuo ſaturni dente relictam
Perſeqtur vitem attondens. fingitq̃ putando.
Primus humū fodito: primus deuecta cremato

SER. Hinc.i.poſt hæc ſacra celebrata.
Largo.abūdanti & fertili. Ergo rite ſuū
baccho dice.ho.iuſte igit̃ Liberi ſacra cele
brabim⁹. Honeſtū.pulchrū. Carmibus
patriis.i.romana lingua. Pleraq̃.n.ſacra ꝑ
gentiū qualitate: pleraq̃ ſm ſuū ritū colū
tur. Nā hymni Libero apud græcos græ
ca: apud latinos latina voce dicunt̃. Hym
ni vero matris deum vbiq̃ ꝓpriā.i.græcā
linguā requirūt. Ductus cornu ſtabit ſa
cer hyrcus ad arā. ſtabit: placebit tūc.n.eſt
aptū ſacrificiū: cū aīal dedicatū victimæ pa
tiens inuenit̃. Vn̄ alibi ſic ait: Et ſtatuā an̄
aras aurata fronte iuuencū.i.placere faciā.
Cōtra lucan⁹: Diſcuſſa taurus ab ara. Nā
improbāt auriſpices hoſtiā quæ admota
altarib⁹ reluctat̃. Sacer aūt execrabilis: vt
Auri ſacra fames. Verubus colubris.i.de
corylo factis. Et hoc ꝓpterea qꝛ ſicut ca
per eſt inimic⁹ vitib⁹: ꝗ Libero imolat̃: ita
etiā eis nocēt coryli. Vn̄ & ſup̄ ait: Neue
inter vites corylū ſere. Eſt etiā ille labor.
iā ſe paulatim tendit ad vitiū vituꝑationē
dicēs: & infinitū eſſe eaꝝ laborē: vt cui nū
q̄ exhauſti ſatis eſt: & incertū fructū: vt Et
iā maturis metuēd⁹ Iupiter vuis. Et ip̄m
etiā fructum ꝑniciosum: vt Bacchus & ad
culpā cauſas dedit. Exhauſti. Exhauſtio
nis finitionis: qđ qꝛ aſperū viſum ē: ſe ad
figurā trāſtulit dicens. exhauſti: vt Seruā
tiſſim⁹ æqui ꝓ æquitatis. Oῑe ſolū cōti
nens.ſ.vites. Aeternū.ſemꝑ & ꝑpetuo. Et abſolute locutus ē. Leuandū. releuandū: ſpoliādū. Oῑe aūt
nemus dicit & arboꝝ & vitiū. Vn̄ paulopoſt dictur⁹ ē. His vitib⁹ ingruit vmbra. Redit agricolis labor
actus ĩ orbē.i.in anni circuitu labor ſe inuicē ſequit̃ ruſticoꝝ. Olim. Qn̄q̃: ſignificat aūt finale tēpus au
tūni. Seras frōdes. ſero cadētes. Tarde eīm ſpoliant̃ vites frondib⁹. Frigid⁹ & ſiluis aquilo decuſſit ho
norē. Varronis hic verſus ē. Acer ruſticus: nō q̄libet ſed acer & diligēs. Curas venientē extēdit: Quaſi
in tp̄e alieno p̄meditat̃ futurū laborē. Curuo ſaturni dēte.i.falce quæ eſt in eius tutela. Nā Saturn⁹ dicit̃
patri Coelo falce virilia amputaſſe: quæ in mare cadētia Venerē creauerūt. quod ideo fingit̃: qꝛ niſi huor
de coelo in terras deſcēderet: nihil crearet̃. Alii Saturnū deū eſſe tempoꝝ dicūt: quæ ſicut falx in ſe recur
rūt. Alii vero dicūt Saturnū in ꝓgreſſu nihil nocere: cū retrogradus eſt eſſe ꝑiculoſum. ideoq̃ eū habere
falcem ĩ tutela: quod & ipſa protenta nihil valet. Retro vero acta: quicquid ei occurrit ſecat. Relictam.ſ.
a ſe paulo ante deſertā. Fingit. Cōponit: vt Fingitq̃ premēdo. Primus humū fodito. id eſt ad laborem
primū te eē cōuenit. Vltimū ad fructus legēdos. Vinū eīm factū de vuis imaturis cito aceſcit. Et in hoc lo
co eſt vitiū vituꝑatio: quarū fructus aut imaturi collecti depereunt: aut ſi earū fuit expectata maturitas:
nihilominus pereunt. Nā dicturus eſt: Etiam maturis metuēdus Iupiter vuis.
CHRI. Hinc ab iſtis ſacris. Et hortat̃ ad religionē quando tantū ex ſacris ꝓueniat cōmodum. Foetu
Foetus quicquid concipit̃ foetus appellatur ſiue ab animatis ſiue ab inanimatis proueniat. Vnde & foeminas &
Foecuns arbores quæ cōceperint foetas dicimus. Hinc foetura eſt. Hinc etiam foenus quod pecuniæ foetus ſit. Et
quocūq̃ deus circū caput. oſtendit quid nobis proueniat ex præſentia numinis. Cū quicqđ circūſpexe
rit foetus vberes ꝓducat. Et tacite admonet non minorē circa ſacra q̄ circa culturam agroꝝ habendā eſſe.
Sacer. execrabilis. Pinguia. nam pingues decet eſſe hoſtias quæ ſacrificant̃. Verſis. nā capitibus bi
dentiū & marrarū aſſiduo friant glebas.i. in minutiſſima tritula terendo frangunt ex quo humeſcit ſoli
ſuꝑficies: & refrigeſcit: frigefactaq̃ vitē opaco frigore contra caloris vim munitā reddit. Nemus.i. opaci
tatē pāpinoꝝ q̄ ſpeciē nemoris p̄bet. Eſt igit̃ interlucāda vitis vt ſol ad vuas maturādas facili⁹ penetret.

Redit

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-85/0116
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG